

- 80 Ad rationem vero dubitandi Molina hic disp. a Nazarius contrav. a. & Becanus tract. de Trinit. cap. 6. respondent principium spiritivum non supponere immediate pro Patre & Filio, sed pro Spiratore ut quod, utriusque communi, & ratione ab illis distincto, consistente in relatione spirationis, subsistente ut quod in natura & voluntate divina. Unde sicut non obstante quod tres persone divine personalitate distinguantur, dicuntur unus Deus, & unus Creator: eo quod hic Deus ut subsistens, unus sit, & illis communis: ita Pater & Filius sunt unum Spiritus sancti principium, quia in una ratione Spiratoris subsistens ut quod conveniunt.
- 81 Hec tamen solutio & doctrina displicet communiter nostris Thomistis. Et rejicitur primo; quia D. Thomas hic art. 4. ut salvet Patrem & Filium esse unum principium spiritivum, non recurrit ad unum subsistens, distinctum ratione a Patre & Filio, sed ad unam virtutem Spirativam, ut conflat ex infra dicendis.
- 82 Secundo, quia idem S. Doctor ibidem in respons. ad 4. docet in hac propositione, *Pater & Filius sunt unum principium Spiritus sancti*, predicatum non habere determinatam suppositionem: At si daretur hic Spirator communis, subsistens ut quod, pro quo ly principium supponeret, predicatum determinatam suppositionem gauderet; sicut predicatum hujus propositionis, *Tres personae sunt hic Deus*, determinatam supponit, quia pro priori ad relationes Deitas subsistit ut quod: Ergo D. Thomas non admittit unum subsistens distinctum ratione a Patre & Filio.
- 83 Tertio, Idem Doctor Angelicus in 1. distinct. 11. qu. 1. art. 4. ad 2. inter creationem & spirationem hoc discrimen constituit, quod illa est actio naturae, ista vero personalis: At prima, quia non est notionalis seu personalis, perit pro principio subsistens ut quod, toti Trinitati commune: Ergo quia spiratio est notionalis ac personalis, perit a persona solum provenire: & consequenter subsistens commune Patri & Filio non poterit esse principium spirans ut quod.
- 84 Quarto, Spiratio activa non affert secum propriam subsistentiam: Ergo principium spiritivum non est unum subsistens distinctum virtualiter a Patre & Filio. Consequentia patet, Antecedens probatur. Subsistentia dupliciter accipitur, vel pro perfectate opposita dependentiae ab alio ut sustentante, vel pro perfectate opposita communicationi, ut supra disp. 5. art. 1. ostensum est: At relatio spirationis ratione sui formalitatis non est subsistentia in priori acceptione; cum (ut ibidem demonstravimus) alie relationes ratione sui subsistentia sic accepta non gaudent: sed solum ratione essentie quae in illis includitur, necetiam in secunda acceptione, alias esset personalitas: Ergo &c.
- 85 Denique, Pater in Divinis est primum spirandi principium: At si daretur subsistens commune spirans ut quod, virtualiter a Patre & Filio distinctum, Pater non esset primum spirandi principium, sed potius illud commune subsistens: Ergo &c. Hac ergo solutione rejecta,
- 86 Ad rationem dubitandi respondeo, concessa Antecedente, negando Consequentiam. Ad cuius probationem, nego etiam Consequentiam, ob rationem traditam, probando nostram sententiam; quia scilicet principium, nomen substantivum est, & ideo ad sui pluralitatem multiplicationem forme desiderat. Quia ergo, est duo sint supposita, est tamen una virtus spirativa, de formalit significatione nomine principii spirativi, hinc fit quod Pater & Filius non dicantur duo principia spirativa, propter suppositorum pluralitatem; sed unum, propter unitatem spirativae virtutis. Sicut tres persone SS. Trinitatis appellari non possunt plures Dii: quia licet sint plura supposita, forma tamen significata hoc nomine, *Deus*, scilicet Deitas, seu natura divina, una est in illis & immultiplicata.
- 87 Dices, si plures persona divine eandem humanitatem assumerent, dicerentur plures homines, ut docet Cajetanus 3. parte qu. 3. art. 6. & 7. Ergo licet unica sit virtus spirativa in Patre & Filio, poterunt tamen, propter suppositorum pluralitatem, plura principia appellari.
- 88 Respondeo primo negando Antecedens: haec enim sententia Cajetani rejicitur communiter a Thomistis in Tract. de Incarnatione ubi docet quod plures persone divinae unam naturam assumerent, vel una persona plures naturas, non essent plures homines, sed unus; de quo ibidem disput. 8. art. 5. dicemus.
- 89 Respondeo secundo, dato Antecedente, negando Consequentiam & paritatem. Nam qui sententiam Cajetani tenent, fundantur in eo quod iste terminus, *homo*, dicitur de divinis personis, haberet proprietates aliquas termini adjectivi; quia humanitas eis adveniret, absque identitate cum illis: principium autem de Patre & Filio, & Deus de tribus personis, substantivae omnino dicuntur, & ideo dispar est ratio.
- 90 Dices rursus: Quando dicitur quod Pater & Filius sunt unum principium Spiritus sancti, non potest assignari aliquid, pro quo supponat ly unum principium: Ergo vel non sunt unum principium, vel saltem admitti debet Spirator communis subsistens, pro quo supponat, ut do-

cet Molina & Nazarius. Consequentia patet, Antecedens probatur. Ly unum principium non supponit pro Patre, alias falso de Filio diceretur, nec pro Filio, alias non posset vere affirmari de Patre; nec pro utroque simul, alias de nullo illorum seorsim posset enuntiar: Ergo nihil pro quo supponat assignari potest; praefertim, si huic Spiratori communis subsistentia denegetur.

Respondeo negando Antecedens, ad cuius probationem dicendum est, in hac propositione: *Pater & Filius sunt unum principium Spiritus sancti*, ly unum principium, supponere pro Patre & Filio copulative, seu collective; ex quo non sequitur, non posse vere affirmari de Patre & Filio seorsim; nam quando de illis fit praedicatum, non supponit collective pro utroque, sed pro subsistente in virtute spirativa, communi utrique communitate reali ex parte virtutis, & communitate solum per rationem ex parte subsistentiae non vero reali, ut existant Molina & Nazarius. Quod recte declarat exemplo hujus propositionis: *Pater & mater sunt causa filii*; in qua praedicatum pro utroque parente supponit, quia uterque ad generationem filii requiritur. In his tamen propositionibus: *pater est causa filii; mater est causa filii*: praedicatum non supponit collective pro utroque, sed pro principio filii abstrahente ab activo & passivo.

Ex quo intelligit, quod dum S. Thom. hic art. 4. ad 99. 4. dicit praedicatum hujus propositionis: *Pater & Filius sunt unum principium Spiritus sancti*; non habere suppositionem determinatam, sed confusam pro duabus personis; non sumit ibi suppositionem confusam, in rigore dialectico, sicut quando dicitur, *alter vultus est necessarius ad videndum*; sed per suppositionem confusam, intelligit copulativam, seu collectivam; & solum intendit docere, quod sumendo principium Spiritus sancti adequate, ut dicit virtutem spirativam, & omnem conditionem ad spirandum necessariam, non supponit determinate pro Patre, nec determinate pro Filio, sed pro Patre & Filio, per modum cujusdam collectionis. Sicut in creatis quando dicitur, quod pater & mater sunt causa filii, si ly *causa*, sumatur adequate pro principio totali & adequate generationis, nec pro solo patre, nec pro sola matre supponit, sed pro utroque parente, per modum cujusdam collectionis. Ita enim se explicat S. Doct. ibidem in resp. ad 6. ubi ait, quod ly *principium*, supponit confuso & indistincte, pro duabus personis simul.

Ex dictis colligit, quod licet Pater & Filius non possint dici duo Spiratores, possunt tamen duo Spirantes appellari: quia ut ait S. Thomas ubi supra in resp. ad 7. *Spirans, nomen adjectivum est, Spirator vero, substantivum: unde Pater & Filius sunt duo Spirantes, propter pluralitatem suppositorum; non autem duo Spiratores, propter unitatem spirationem*. Et in hoc sensu ibidem docet intelligendum esse Hilarium, cum dixit 1. de Trinit. *Spiritus sanctum esse a Patre & Filio auctoribus*: ibi enim (inquit) ponitur substantivum pro adjectivo.

Ad complementum hujus disputationis, quaerens primo, 94 quam relationem potentia spirativa de connotato importet, an relationem Spirationis, an vero relationes Paternitatis & Filiationis?

Respondeo illam de connotato importare relationem Spiratoris, paternitatem vero & filiationem esse solum conditiones requisitas in principio Spirante ut quod. Ita colligitur ex D. Thom. hic art. 4. ad 1. ubi ait: *Si accendatur virtus spirativa, Spiritus sanctus procedit a Patre & Filio, in quantum sunt unum in virtute spirativa, quae quodammodo significat naturam cum proprietate*. Ut autem instauraret, quamnam esset illa proprietate, subjungit: *Neque est inconveniens unam proprietatem esse in duobus suppositis, in quibus est una natura*. Quibus verbis manifeste declarat, quod proprietate illa, quam importat virtus spirativa simul cum natura, est relatio Spirationis activa; quia illa sola est communis Patri & Filio.

Ratio etiam id fualet. Id enim est connotatum a principio pro productivo, quo principium quod respicit terminum productum; cum non possit principium intelligi sine ordine ad terminum: At Pater & Filius non respiciunt Spiritum sanctum per paternitatem & filiationem, sed per relationem Spiratoris: Ergo non paternitas & filio, sed relatio Spiratoris connotatur a principio quo spirativo.

Praeterea, si potentia spirativa paternitatem & filiationem de connotato importaret, non esset communis Patri & Filio: quia nulli est illis adequatum illius connotatum competeret; nam nec Patri filio, nec Filio paternitas competit.

Dices: Spiritus sanctus per se procedit ex amore mutuo, ut articulo precedenti ostendimus: Sed amor non potest esse mutus, nisi paternitas & filio in principio spirativo intelligantur: Ergo paternitatem & filiationem de connotato importat.

Respondeo distinguendo Minorem: nisi in principio spirativo intelligantur, in principio spirativo ut quod, concedo Minorem: in principio spirativo ut quo, nego Minorem, & Consequentiam. Ut enim amor sit & intelligatur mutus

marus sufficit quod paternitas & filio sit conditiones requisitae in principio spirante ut quod, non autem requiritur quod sit connotatum seu complementum potentiae spirativae, seu principii spirativi ut quod.

97 Dices rursus: Relatio solum ponitur ex parte principii, ut aliquo modo realiter distinguatur a termino: Sed per paternitatem & filiationem principium spiritivum sufficenter a Spiritu sancto distinguitur: Ergo per illa sufficienter completur in ratione principii.

Respondeo primo negando Majorem: nam etiam relatio ponitur ex parte principii, ut terminum sui ratione producti respiciat, quod per paternitatem & filiationem principium spiritivum habere non potest.

Secundo respondeo negando Minorem: licet enim per paternitatem & filiationem Pater & Filius reslter a Spiritu sancto distinguantur, illa tamen distinctio est solum radicalis, & veluti inchoativa; quia non provenit a paternitate & filiatione, nisi quatenus radicaliter continent Spirationem; unde ista distinctio requiritur, ut formaliter & complete a Spiritu sancto distinguatur.

98 Quaerens secundo, ex quorum amore Spiritus sanctus procedat?

Hujus quaestio solutio facile haberi potest ex dictis supra de processione Verbi: unde breviter respondetur, Spiritum sanctum procedere ex amore omnium quae sunt formaliter in Deo, id est essentie, attributorum, & personarum; non vero ex amore creaturarum, sive possibilem, sive existentium, sive futurarum, quae in Deo emittentur tantum continentur.

Prima pars hujus responsionis patet, nam Spiritus sanctus procedit ex amore perfectissimo: Sed amor perfectissimus, est amor omnium quae sunt formaliter in Deo: Ergo Spiritus sanctus procedit ex amore omnium quae sunt formaliter in Deo, hoc est essentie, attributorum, & personarum.

Secunda vero probatur: Creaturae possibilem non sunt diligibiles a Deo, vel eo quod in statu mere possibilitatis omni bonitate careant, ut aliquid existant: vel quia licet gaudeant bonitate transcendentali, quae dicit integritatem in proprio ordine, careant tamen bonitate formali, quae consistit in convenientia respectu alterius, ut alii probabilius sentiunt: de quo diximus in Tractatu de voluntate Dei disp. 2. art. 4. §. 3.

Tertia etiam pars ostenditur: Processio Spiritus sancti est naturalis & necessaria: Sed amor creaturarum, sive existentium, sive futurarum, est liber: Ergo non potest per se concurrere ad processionem Spiritus sancti, sed ad illam mere per accidens & concomitantem se habet, sicut diximus de scientia futurorum contingentium in ordine ad productionem Verbi. Unde quando S. Thomas hic art. 4. ad 3. ait: *Sicut Pater dicit se, & omnem creaturam, Verbo quod genuit, ita diligit se, & omnem creaturam, Spiritus sancto: solum intendit, quod sicut cognitio productiva Verbi, concomitantem se extendit ad creaturas existentes & futuras; ita amor quo Spiritus sanctus producitur, concomitantem ad illas terminatur*. Quod etiam significare voluit D. Bernardus, cum in Tractatu de vita solitaria docuit, quod in osculo Patris & Filii, ex quo Spiritus sanctus procedit, mediam quodammodo se invenit anima sancta. Per hoc enim solum intendit, quod eodem amore & osculo, quo Pater & Filius Spiritum sanctum producant, electos suos secundario, vel concomitantem diligunt, & veluti osculantur.

DIGRESSIO PRIMA.

De tribus nominibus Spiritus Sancti propriis.

Quilibet ex personis divinis tria vii propria habet & peculiariter nomina: Patris, Ingeniti, & Fontalis principii, prima: Filii, Verbi, & Imaginis, secunda: Spiritus sancti, Amoris, & Doni, tertia. De primo tertie personae nomine agit D. Thomas quaest. 36. art. 1. de aliis vero qu. 37. & 38. Nos vero de illis in hac Digressione breviter differemus.

§. I.

Cur tertia sanctissima Trinitatis persona Spiritus Sanctus appellatur?

99 Variae solent hujus nominis assignari rationes. Prima sumitur ex D. Thoma 4. contra Gent. cap. 19. ubi sic dicitur: *Quia amorem in voluntate existit, ut inclinans, & quodammodo impellens invisceribus amorem in ipsam rem amatum; impulsus autem rei vivente ab interiori, ad spiritum pertinet; convenit Deo per modum amoris procedenti, ut spiritus dicatur, ejus spiratione quasi quaedam spiratione existente. Hinc est quod Apostolus spiritum & amorem impulsam quendam attribuit: dicitur enim ad Rom. 8. Qui spiritus Dei agitur, hi filii Dei sunt. Et s. ad Corinth. 5. Caritas Christi urget nos.*

Adde quod Spiritus sancti processio plures & egregias 100 cum spiratione nostra habet similitudines & analogias. Sicut enim ab interiori corporis, nempe a corde, pulmone, & visceribus, respiratio procedit; ita & dilectio qua Spiritus sanctus procedit, intima ac visceralis est, & ex infinita Patris ac Filii bonitate proveniens. Sicut respiratio a calore cordis causatur, ita & divina illa spiratio ex infinito caritatis ardore procedit. Sicut respiratio continua est, & nunquam interrumpitur, quia homo vivit; ita & suavissima illa Patris & Filii dilectio & spiratio, aeterna est & omnis successione ac vicissitudine expers. Sicut respiratio est actio maxime vitalis, & vitae corporeae conservativa; ita & illa dilectio est perfectissima vitae divinae operatio. Unde Athanasius relatus a D. Thoma opusc. 1. c. 7. de Arianis loquens, qui negabant Filium & Spiritum sanctum esse consubstantiales Patri, sic ait: *Murum faciunt Patrem & sine verbo, qui omnibus rationalibus facultatem dedit loquendi. Mortuum etiam ipsam Patrem dicunt, & experientem viventis naturae, in quantum scilicet negant Spiritum sanctum consubstantiale Patri. Illi concinit Cornelius Mussus, dum in libro de divina historia haec scribit: An non habet Verbum Deus, ut sit mutus? An non habet Spiritum, ut sit mortuus? Loquitur Deus, & eruditur Verbum: vivit Deus, & spirat Spiritum. Vero inquam spirat; non emittit solum, sed attrahit & retinet. Si homo emitteret spiritum, & non attraheret, non viveret. Porro alium aerem attrahit, alium emittit; sic spirat, ut respicit. At vero Deus eundem spiritum a se emittit, & in seipso retinet; ideoque non eandem spirat, sed etiam respicit. Denique sicut respiratio sovet calorem nativum, & nimium cordis ac pulmonum ardorem, dulci refrigerio temperat; ita Spiritus sanctus in nobis ardorem concupiscentiae refrigerat & divini amoris calorem & flammam, suavissimo suarum inspirationum flatu nutrit & sovet. Unde ab Ecclesia, in usu temporis ac dulci refrigerium appellatur.*

Itaque cum tertia sanctissima Trinitatis persona, a Patre & Filio, ut suavissimum utriusque halitus, & aura lenis procedat; ejus processio, spiritico convenienter appellatur, & illi nomen Spiritus recte convenit: praeterea cum sit veluti osculum Patris & Filii, ut infra ex D. Bernardo referemus. Sicut enim emittunt, & imittunt ad invicem: ita Pater osculando Filium, sacram amoris sui auram efflat; qua (ut infra ostendemus) nedum ipse vivit, sed omnia extra se vivificat.

Praeterea nomen Spiritus ideo tertiae appropriatur personae, quod suis donis nos spiritaliter efficit, & in quadam divina spiritualitatis trahit participationem. Unde Magister in 1. distinctione 18. dicit duplicem nos accepisse a Deo Spiritum, unum quo essemus, & alium quo sancti & spirituales essemus. Nam spiritu creato, qui est anima rationalis, sumus: spiritu autem increato, qui est Spiritus sanctus, spirituales & sancti sumus. *homo enim (inquit Basilus) Spiritus sancto sanctum animal factum est. Utrumque Spiritum Deus Adamo in sua creatione infudit, juxta illud Genes. 2. Formavit hominem de limo terrae, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae. Sed quia per peccatum spiritum gratiae & caritatis amisit: ejus culpa condigna satisfactione deleta, Christus post mortem & resurrectionem suam, rursus insufflavit, & dixit Discipulis suis: Accipite Spiritum sanctum. Ita praeterea Ambrosius, verba allegata Genes. expendens: *insufflaverat tibi Deus (inquit) ut inspirationis sua dona haberet gratiam, quam tibi culpa suffulcras: Factus eras in animam viventem, sed quia peccator signaculum tenere non potuisti, propterea nonis Jesus & cum haec dixisset, insufflavit dicens: accipite Spiritum sanctum.**

Spiritualitati convenienter adiungitur sanctitas, & tertia sanctissima Trinitatis persona, merito Spiritus sanctus nuncupatur. Licet enim sanctitas sit aliquod attributum, tribus personis commune, ut sacrum declarat testificum, quod Seraphici Spiritus Isaie 6. decantant; specialiter tamen titulo Spiritui sancto tribuitur, quia illi ex vi processionis, & ratione proprietatis personalis convenit, ut docet S. Thom. in 1. dist. 10. qu. 1. art. 4. ad 4. ubi sic dicitur: *In opere natura non est invenire rebus & non rebus, quia natura semper eodem modo operatur: bene tamen in opere voluntatis; quia voluntas non semper eodem modo operatur; & ideo convenienter sanctitas quae voluntatem voluntatis importat adiungitur processionis Amoris, & non generationis quae est operis naturae.*

Confirmatur: Si actus caritatis (quae est solum quaedam 102 imperfecta divini amoris participatio, & veluti quaedam scintilla, ex illo purissimo divini caritatis igne in cor humanum progrediens) perfectissime creaturam rationalem sanctificat, & omnia ejus delet peccata, juxta illud Christi de Magdalena: *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum*: quanto magis perfectissima illa dilectio, & suavissima Patris ac Filii spiratio, erit actus infinite sanctitatis, & terminus illius purissimus & sanctissimus.

Deinde Divinus ille Spiritus, recte Sanctus appellari 103 potest: quia est creatura rationalis sanctificator, & totius sancti-

sanctitatis fons & origo. Nam, ut ratiocinatur Doctor Angelicus in 1. dist. 13. qu. 5. art. 1. ad 1. & in compendio Theologiae c. 7. sanctum tribus modis sumitur. Primo pro eo quod est parum ac mundum; & sic sanctificatio dicitur emanatio a peccato per gratiam. Secundo sanctum idem est quod cultui divino deputatum & consecratum; & hoc modo dicitur templum sanctificari, sicut & vasa que ad ministerium templi servantur; sed multo magis rationalis creatura, quando ad obsequium Dei applicatur. Tertio sanctum idem est quod firmum, seu in bono confirmatum. Et his tribus modis sanctitas Spiritui sancto appropriatur. Ille enim per infusionem gratie sanctificantis, creaturam rationalem mundat & purificat; & ubi a terrenis affectibus humana corda separavit, illa Deo altissimo caritatis nexu conjungit. Ex quo secundum erumpit sanctitatis radius, videlicet consecratio, & divino cultui addictio & applicatio: amor enim est principium ordinationis in Deum, & id per quod maxime dedicatur & consecratur Deo. Et tandem animam terrenis affectibus separantem, & Deo consecratam, in virtute firmat ac confirmat illicque immobilitatem quandam in bono tribuit; que tertius est sanctitatis radius, seu character.

S. II.

Cur Spiritus Sanctus, amor appelletur?

104 Secundum Spiritus sancti nomen est amor, quod duplici titulo ei convenit: primo ex vi processionis & proprietatis personalis. Sicut enim ex hoc quod aliquis rem aliquam intelligit, provenit aliqua intellectualis conceptio rei intellecte in intelligente, que dicitur verbum: ita ex hoc quod aliquis rem aliquam amat, provenit quaedam impressio, ut ita loquar, rei amate in affectu amantis, secundum quam amatum dicitur esse in amante, sicut & intellectus in intelligente. Et hoc; amor huius impulsus appellari solet, ut supra disput. 2. art. 4. ex S. Doctore ostendimus.

105 Secundum Spiritus sanctus amor nuncupatur, ratione sua operationis, quatenus scilicet nos reddat amantes, nobis infundendo gratiam & caritatem, per quam amici & amatores Dei constituimur, juxta illud Apostoli ad Romanos 5. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Nam ut dicitur S. Thom. 4. contra Gent. cap. 21. ea que a Deo in nobis sunt, reducuntur in Deum, sicut in causam efficientem & exemplarem: in causam quidem efficientem, in quantum virtute operativa Dei aliquid in nobis efficitur: in causam vero exemplarem secundum quod id quod in nobis a Deo est, aliquo modo Deum imitatur. Cum ergo eadem virtus sit Patris & Filii, & Spiritus sancti, sicut & eadem essentia, oportet quod omne id quod Deus in nobis efficit, sit sicut a causa efficiente, simul a Patre, & Filio, & Spiritu sancto. Verbum tamen sapientia, quo Deum cognoscimus, est proprie representativum Filii, & similiter amor, quo Deum diligimus, est proprium representativum Spiritus sancti, & sic caritas que in nobis est, quamvis sit effectus Patris, & Filii, & Spiritus sancti, tamen speciali quadam ratione dicitur esse in nobis per Spiritum sanctum, juxta illud Apostoli ad Romanos 5. Caritas diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ad quod respiciens Bernardus episcopus 107. sic exclamavit: O geminum ipsamque firmissimum Dei erga nos amoris argumentum. Christus moritur, & meretur amari. Spiritus afficit, & facit amari. Ille facit cur ametur, iste ut ametur. Ille suam multam dilectionem in nobis commendat, iste & dat. In illo cernimus quod amemus, ab isto sumimus unde amemus. Caritati igitur ab illo officio, ex isto affectio.

S. III.

Cur nomen Domini Spiritui sancto attribuitur?

106 Tertium nomen Spiritus sancti est Donum, quod etiam personalis proprietate ei competit. Ut enim jam ostendimus; Spiritus sanctus procedit ut amor notionalis Patris & Filii; amor autem est primum donum quod confertur amico, & ad quod cetera consequuntur. Ergo Spiritus sanctus ex sua proprietate personali habet quod sit Donum. Confirmatur, & illustratur hac ratio ex D. Thoma hic art. 2. ubi ait: Donum proprie est datio irredibilibis, secundum Philosophum, id est quod non datur intentione retributionis; & sic importat gratuitam donationem: ratio autem gratia donationis est amor, ideo enim datus gratis alicui aliquid, quis volumus ei bonum. Unde manifestum est, quod amor habet rationem primi doni, per quod omnia dona gratuita donantur. Unde cum Spiritus sanctus procedat ut amor, procedit in ratione doni primi. Quare Joan. 3. Filius dicitur nobis ex amore datus: Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: Et prime ad Corinthios 12. Alti datur per Spiritum sermo sapientia, alii autem sermo scientia secundum eundem Spiritum. Et postea multis do-

nis enumeratis, sic concludit Apostolus: Hae autem omnia operantur unus nique idem Spiritus, dividens singulis prout vult. Denique ubi Christus Matth. 7. dicit: Si vos cum fructu mali, vestri bona datur dare filii vestri, quanto magis Pater vester dabit bona petentibus se? Lucas cap. 11. ait: Quanto magis Pater vester dabit Spiritum bonum. Id est (ut explicat Athanasius) Spiritum sanctum, qui est donorum omnium maximum, & inexhausta bonorum omnium que in nos a Deo fluunt, origo. Nam (inquit Basilus lib. de Spir. sancto) per Spiritum sanctum datur in paradysum restitutio, in regnum celorum reditus, in adoptionem filiorum reversio; datur fiducia Deum appellandi patrem, confortem fieri gratia Christi, filium lucis appellari, aeterna gloria participem esse, & ut semel omnia dicam, esse in omni benedictionis plenitudine. Ipse (addit Chryostomus Sem. 2. de Spiritu sancto) nostra imaginis est reformatio mentis perfectio, anime insinuatio. Spiritus sanctus auctor est fidei in Deum, spiritualis mentalium oculorum nostrorum Sol, interni nostri hominis lumen, Lucifer in pectoris halo. Spiritus sanctus ipse opulencia filiorum Dei, ipse aeternorum bonorum thesaurus, ipse arrabon & pignus aeterni regni, ipse primitia vite aeternae, ipse signaculum gratiae Baptismi. Spiritus sanctus ipse fides facit quod nos a Deo in filios adoptari sumus, ipse corda nostra Deo conglutinat. Spiritus sanctus ipse cibum est diligentium Christum, quo nunquam satiantur. Ipse potus est animarum filiorum Dei, ipse caritas eorum qui sibi conjuncti sunt. Spiritus sanctus cupula est unitus nostra cum Christo, animarum exultatio, cordis tripudium; Spir. S. ingenium confortat, modestiam deponit, mentis requies, sapientia communicatio, prudentia iuvencio, prescientia illustratio. Hoc Propheta illustratur, hoc idem sapientia conduntur. Spir. S. Reges illuminatur, Sacerdotes ordinantur, Doctores illuminantur, Ecclesie sanctificantur, altaria fundantur, unguentum consecratur, aqua purgantur, Damones abiguntur, morbi curantur. Hic Spir. (subdit Cyprianus Tract. de Spir. sancto) rubri maris aquas siccavit, & suspensus hinc inde vehementibus fluitibus, ab illis carnium, & Aegypti palmentariorum, populum ad spirituales eremi libertatem educit in locum; & alimentis celestibus pavit; manna quasi rorem maceratum insensibus gramminibus, quod colligi iustum est ad mensuram.

Duz tamen circa hoc nomen occurrunt difficultates, 107 breviter hic resolvenda. In primis enim donum debet esse illius a quo datur: unde cum Spiritus sanctus non possit dici esse Patris & Filii ( hoc enim dominium & subjectionem importat videtur, que inter personas divinas reperiri nequeunt ) Spiritus sanctus donum Patris & Filii appellari nequit.

Præterea, cum donum duplicem respectum importet, unum ad personam a qua datur, alium ad personam cui datur; & nulla creatura ab aeterno existat, cui Spiritus sanctus donari possit; nomen donum non videtur posse Spiritui sancto ab aeterno, ratione sue processionis, ac proprietatis personalis, competere; sed solum in tempore, & per extrinsecam denominationem a creaturis desumptam.

Verum primam difficultatem resolvit D. Thom. hic art. 108 ad 1. ubi docet donum esse posse alterius tripliciter; vel per modum identitatis, quasi a dante indistinctum; vel per modum possessionis, quasi a dante subditum; vel per modum originis, quasi a dante originatum seu procedens. Primo modo essentia divine convenit esse donum; & hoc sensu Hilarius dicit lib. 8. de Trinit. divinum essentiam esse donum quod Pater dat Filio; quatenus scilicet per modum identitatis eam habet. Secundo autem modo gratia sanctificans, habitus caritatis, & alia bona creata, dona Dei esse dicuntur. Tertio denique modo, Spiritus sanctus donum Patris & Filii appellatur, quia ab utroque procedit.

Secunde etiam difficultati occurrit idem Angelicus Doctor ibidem respons. ad 4. ubi dicit. Donum non dicitur ex eo quod alii datur, sed in quantum habet spiritum in se, unde ab aeterno divina persona dicitur donum, licet in tempore datur. Quam doctrinam ex Augustino desumpsit lib. 5. de Trinit. cap. 15. ubi de Spiritu sancto loquens, ait: Quia sic ab aeterno procedebat, ut esset donabile, jam donum erat & aeternum esse cui donaretur. Aliter enim intelligitur cum dicitur donum, aliter cum dicitur donatum: nam donum potest esse, & aeternum datur: donatum autem, nisi datum fuerit, nullo modo dici potest.

DIGRESSIO SECUNDA.

De aliis nominibus Spiritui sancto propriis, vel appropriatis.

Præter tria nomina jam explicata, que personalia sunt, 110 plura alia referri solent, que vel sunt illi propria, vel solum appropriata.

In primis solet Spiritus sanctus Patris & Filii nexus, seu indissolubile Trinitatis vinculum appellari; quia est amor notionalis Patris & Filii; amor autem est ignea catena, hancqueque nexus, quo amantium corda inter se copulantur, sive (ut ait Augustinus) visis coactis datus copulans, vel copulare appetens, amantem scilicet, & amatum; unde

unde & Dionysius amorem definit, vim unitivam; & unionem inter præcipuos amores effectus enumerat. Itaque Spiritus sanctus Patris & Filii nexus convenientissime appellatur: tripliciter namque ununtur Sanctissime Trinitatis Personæ, unitate scilicet essentie, attributorum identitate, & individuali amoris affectu; sive (ut loquitur S. Thomas) per consonantiam & convenientiam amoris: quia est per impossibile poneretur, quod non essent unum in essentia & attributis, ad perfectam tamen concordantiam operet in illis intelligi unionem amoris.

111 Deinde Spiritus sanctus, individuus Patris & Filii nexus dicitur, quia exit a Patre & Filio per eandem habitudinem, que est communis spiratio; & ad illos unica passiva spirationis relatione referuntur. Unde hoc etiam nomen Spiritui sancto proprium est. Licet enim Pater Filius & Spiritum sanctum respiciat, & Filius Patrem & Spiritum sanctum; tamen nec Pater potest dici Spiritus sancti & Filii nexus; nec Filius Patris & Spiritus sancti vinculum appellari, quia Patre diversis relationibus Filius & Spiritum sanctum respicit, illum paternitate, istum spiratione. Et similiter Filius per filiationem referatur ad Patrem, & per spirationem ad Spiritum sanctum.

112 Ex hoc nomine derivatur aliquid: nam Spiritus sanctus non solum individuus Patris & Filii nexus, sed etiam suavisimum utriusque osculum nuncupari solet. Quod egregie expendit & declarat D. Bernardus serm. 3. in Cant. ubi hæc verba Sponsi: Osculatur me osculo oris sui, explicans ait: Si recte Pater osculum Filii oscularis accipitur, non erit abs te osculum Spiritum sanctum intelligi; ut patet quia Patris Filiique impermutabilia pax sit, gluten firmum, indivisibilis amor, indivisibilis unitas.

113 Tertio idem amor Spiritus, vinculum & nexus est: quo proximo copulatur. Quod enim (inquit Augustinus) est anima corpori humano, hoc est Spiritus sanctus corpori Christi, quod est Ecclesia. Hoc agit Spiritus sanctus in tota Ecclesia, quod agit anima in singulis corporis nostri membris. Anima, ut docet Seneca, vinculum est, quo singula ejus membra coherent: Spiritus sanctus nexus est Ecclesie, quo omnia ejus membra mystica conjunguntur; & funiculus ille triplex qui difficile rumpitur, ut dicitur Eccles. 5. Etenim fideles triplici nexu conjungit & copulat, unitate scilicet fidei, & caritatis in via, & claræ visionis in patria. Unde Pater unionem merito appellatur, naturæ vinculum, gratiæ gluten, Christianorum pax & harmonia, omniumque creaturarum felicissimum hymen. Et Job 25. dicitur lacere concordiam in sublimibus: quia seronice caelestia, humana divinis, suprema infimis, Verbum & carnis in Christo, Virginitatem & foecunditatem in Maria, libertatem & efficaciam gratiæ in homine, mirabili nexu, ac indissolubili foedere sociavit.

114 Quarto Spiritus sanctus Patris & Filii gaudium seu complacentia appellari potest; productur enim per amorem, quo Pater sibi complacet in Filio, ac in illo suavissime delectatur; juxta illud Zenonis Veronenis. Læstat Pater in alio se, quem genuit ex se. Unde sicut Apostolus ad Galatas 5. ait, gaudium esse fructum Spiritus sancti, ita etiam merito dicere possimus Spiritum sanctum esse fructum gaudii, quo Pater ab aeterno gaudet & lætatur in Filio.

115 Quinto Spiritus sanctus, Paracletus seu consolator nuncupari solet. Nam, ut dicitur S. Thomas 4. contra Gent. cap. 22. Proprium amicitia est: quod aliqui in presentia amici delectantur, in ejus verbis & factis, gaudent, ac in eo consolationem contra omnes anxietates inveniunt, unde in tristitia maxime ad amicos, consolationis causa, confugiunt. Quia igitur Spiritus sanctus Dei nos amicos conspiciat, & eum in nobis habitum facit, & nos in ipso, consequens est ut per Spiritum sanctum, gaudium de Deo, & consolationem habeamus, contra omnes mundi adversitates, & impugnationes: unde in Psalm. 50. dicitur: Redde mihi latissimum salutaris tui, & Spiritus principalis confusio me.

116 Ob eandem rationem etiam spiritualis unctio ab Ecclesia appellatur. Nam omnia vulnera anime nostræ sanat, illam ad omnia virtutum opera facile mobilem reddit, omnium caelestium charitatum donis eam spiritualiter reñcit ac impugnat; demum illam spiritum sanctum sanctificat, & ut loquitur Propheta, oleo faciem ejus exhilarat. Unde merito exclamatur Richardus serm. de Spiritu sancto. Haber oleum Deus, habet oleum mundus; ad oleum Dei vasa deficiunt, oleum mundi in vasis deficiit, oleum Dei, dulcedo aeternorum, oleum mundi, delectatio presentium; illa sufficit, ista deficiit.

117 Denique Spiritus sanctus virtus Altissimi in Scriptura dicitur: Tum quia primum est divinum omnium operum ad extra principium, ut patet ibi infra dicendis: Tum etiam quia est notionalis amor Patris & Filii: amoris autem maxima virtus est, nihil enim tam durum tamque ferreum est, (inquit Augustinus) quod non amoris igne vincatur: Tum denique, quia facit Dei Spiritus est prætoris aura, cui movendi & impellendi vis innata est. Quare Isaias 25. Spiritus robustior dicitur esse quasi turbo impellens parietem. Et Act. 2. Spiritus sancti adventus ad modum turbis, seu spiritus vehementis, ab Evan-

gelista describitur. Item apud Ezechielem cap. 1. caelestis curvus animalia velocissime huc atque illuc ferebantur: quia Spiritus vite erat in rotis, illaque facti Pneumatis prætoris afflatus movebat. Unde etiam quædam tam stupida Saulonia vis, qua leones in se irruentes, quasi hœdos dilacerabat? nisi quia irruerat in eum Spiritus Domini, ut dicitur Judic. 14. Unde in Apolos tanta fortitudo & constantia, qua Christum intrepide predicabant, & hujus facili potestibus audacter resistebant, nisi quia induti fuerant virtute ex alto, & Spiritum sanctum in die Pentecostes receperant? Quocirca D. Gregorius homil. 30. in Evang. hæc verba Psalmiste expendens, Verbo Domini cali firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum: per calos intelligit Apostolos, & addit: Calorum ergo virtus de Spiritu sumpta est, quia mundi hujus potestibus contraire non presumerent, nisi eos Sancti Spiritus fortitudo solidasset.

Præter hæc nomina jam expostita, plura in Scriptura reperiuntur hujus Divini Spiritus encomia. Nam Sapientia 7. Spiritus intelligentia dicitur rectus, bonus, principalis, dulcis, sanctus, mundus, simplex, modestus, discretus, securus, certus, mobilis, humanus. Rectus (inquit Cornelius Muffus lib. 3. de sacra histor.) quia prava veritas in directam, & aspera in vias planas. Bonus, quo omnia mala pelluntur, vel cooperantur in bonum. Principalis, qui principes nos facit, perturbantium omnium dominus, vitiatorum triumphantiorum. Dulcis, per quem amara omnia dulcescunt, dum caritas diffunditur in cordibus nostris. Sanctus, quo peccata remittuntur, & peccatores sanctificantur. Munda, quo nihil mundius, qui facit mundos, cui non placet nisi mundi. Simplex, qui effugit stultas, & odit omnem dolum. Subtilis ad illudandum, & ad scrutanda & examinanda judicia profunda Dei. Modestus, sancti pudoris & verecundia auctor. Discretus, qui aperit oia nutantum, & linguas infantium facit esse disertas. Securus futuri & presentis. Certus, quia nec fallitur, nec fallit. Mobilis, abruptus omnes iniquas moras impij astij, negligentia & tarditati impatiens. Humilis, omnium hominum amans animas.

DIGRESSIO TERTIA.

De effectibus seu operationibus attributis Spiritui sancto, respectu totius creaturæ.

118 Licet indivisa sint opera Trinitatis, ut Augustinus dicit, quædam tamen appropriantur magis uni personæ quam alteri, propter aliquam specialem conformitatem ad id quod est proprium est. Unde quædam sunt, que Spiritui sancto, secundum illam appropriationem, specialiter convenire dicuntur, ut creare, ornare, gubernare, & vivificare: quæ in ordine ad omnes creaturas illi conveniant, ut docet S. Thom. 4. contra Gent. cap. 20.

In primis ergo tertia persona opus creationis attribuitur & Spiritus sanctus in Scripturis passim Creator, ac mundi opifex appellatur; quia, ut inquit S. Thomas loco citato, Bonitas Dei est ratio volendi quod alia sint, & per suam voluntatem res in esse producit, nec igitur quæ suam Bonitatem amat, est causa creationis rerum. Unde Dionysius cap. 4. de divin. nomin. ait, quod Divinus amor non permisit Regem omnium sine germine in se ipso manere. Item Plato, & quidam alii antiqui Philosophi, amorem, mundum opificem, & rerum omnium causam esse voluerunt, ut dicitur 1. Metaph. & Zoroastres olim dicebat, ex uno igne omnia esse genita, quia omnia que in hoc mundo videntur, ex infinito divini amoris igne proveniunt. Cum ergo Spiritus sanctus procedat per modum amoris, quo Deus amat sapientiam, est principium creationis rerum; & cum in actionibus ad intra stertis sit (non vitio nature, sed ineffabilis arcana sacramenta) ad extra foecundissimus est, immo, & totius foecunditatis auctor & parens, ut patet ex infra dicendis.

Secundo Spiritui sancto ornatus & pulcritudo mundi tribuitur, juxta illud Job 29. Spiritus Domini ornavit caelos. Unde olim Plato dicebat, quod amor omnia creat, format, perficit, & adornat: quapropter amorem in sinu chaos collocavit, & tres mundos constituit, naturam scilicet Angelicam, animam rationalem, & machinam universi; quos ab amore dixit fuisse perfectos & ornatos. Nam Deus, ex infinito suæ bonitatis amore; omnium rerum species mentibus Angelicis indidit; homini rationem dedit, & toti universo ordinem, distinctionem, & pulcritudinem; ut videri potest apud Marcellum Ficinum, in convivium Platonis orat. 3. cap. 5.

Huic Platoniorum Philosophiæ favet facit Genesis textus, dicens quod primo die creationis mundi terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi; quia scilicet nondum in mundo sacra illa divini pectoris aura perflaverat. Ubi vero Spiritus sanctus vagari cœpit super aquas, illico evanuit deformis ille mundi vultus, quem dixere chaos, pulera respicendit caeli facies, micantibus astris, riserunt aquora ponti; terraque purpureos fudit gratissima flores.

Nec mirum quod Spiritui sancto mundi ornatus & pulcritudo tribuatur. Nam ut docet Tullius in libro de natura



sancti, qui fecit ut Maria pareret Salvatorem; eadem facit ut regeneret unda credentem. O miram ergo, o stupendam hujus Divini Spiritus fecunditatem!

Sed quod adhuc mirabilius est, Spiritus ille ameris, proprie ad intra sterilitatis conficius, divinamque emulata fecunditatem, aliam adhuc prolem tanto parente dignam appetit, in novum voluit erumpere partum; & qui verus est Deus, Deum ipsum in utero Virginitis generavit, illumque, a quo divinum in eternitate naturam recipit, humana in tempore carnis circumdedit. Incarnatum enim Verbi Divini, opus est Spiritus sancti; opus Spiritus, Virginitas partus; opus Spiritus, fructus ventris virginis; opus Spiritus hos ille de quo scripsit in Canticis: Ego flos campi, & illium convallium.

Secunda ratio cur Spiritus sanctus in specie columbe, potius quam aquile, apparere voluerit, est propter puritatem & munditiam; quam Spiritus sanctus specialiter diligit. Columba enim castissima est, tota caelestibus incumbit, nec unquam vel minimum gramen e terra attollit, quin statim in caelum oculos attollat; non circa cadavera & carnes volitat, sed refidet juxta fluentia aquarum, ubi caeli imago relucet, semper ejus obtutibus obijciuntur caelestia, semper supera contemplantur.

Ter legimus columbam a Noe ex arca emissam. Prima vice rediit, quia non invenit ubi requiesceret pes ejus. Secunda vice reversa est, oliva ramiis ore defertens. Tercia demum emissis, inventa requie, habitavit in terra, per diluvium purgata, & quasi renovata. Emissio illa columbae figura est, ut docent SS. Patres, adventus Spiritus sancti; qui primo invisibilis creaturam, non invenit quomodo super eam requiesceret, adeo nimiam impietas omnino occupaverat; omnis enim caro corruperat viam suam.

Tertia ratio insinuat a D. Bernardo serm. 1. de Epiph. ubi ait, Nec incongrue ad indicandum Agnum Dei venit columba, quia nihil melius agno conventit quam columba. Quod agnus in animalibus, hoc columba in avibus; summa utriusque innocentia, summa mansuetudo, summa simplicitas. Quid enim sic alienum ab omni malitia sicut agnus & columba? necere cuiquam nesciunt, ledere non roverunt. Idem docet Paschasius lib. 2. in Matth. dicens: Spiritus sanctus in specie columbae apparuit, ut per eam exponeret, quales futuri erant, qui ad gratiam ipsius Spiritus perventuri. Columba enim sel non habet, & ex hoc insinuat, quod in selle amaritudinis esse non debet, quisquis ad gratiam Spiritus sancti venire exoptat.

Non est omitterendum quod ait Tertullianus in libro de baptismo cap. 8. Quomodo mundum post aquas diluvii quibus iniquitas antiqua purgata est, post baptismum (ut ita dixerim) mundi, pacem caelestis ire prae columba terris annuntiavit, dimissa ex arca, & cum olea reversa; quod signum etiam apud nationes paci praetenditur: ita post vetera delicta, columba Spiritus sancti advolet, pacem Dei offerens emissis de caelis, ubi Ecclesiae est arca figurata. Concinit Chrylogus serm. 160. his verbis: Hic Spiritus sanctus supernavat aqua in specie columbae; ut sicut illa columba Noe nuntiaverat diluvium discessisse mundi, ita ista indicat nos ferretur, perpetuum mundi cessasse naufragium; & nega, sicut illa, vetera olivae fuculentum pararet, sed totam in caput paravit novi christi matris pinguedinem fundere, ut impleret illud quod Propheta praedixit: Propterea natus est Deus tuus oleo laetitiae, pro conspiciat tuis.

Denique Sanctus Thomas 3. parte quest. 39. art. 6. in corp. docet conveniens fuisse, ut Spiritus sanctus in specie columbae, qui simplex est animal, appareret; ut significaretur, omnes baptismi Christi baptizandos, si simplici corde & non fide accedant, Spiritus sancti gratiam recepturos. Et ibidem in resp. ad 4. plures & egregias

assignat rationes, seu congruentias, cur Spiritus sanctus in specie columbae super Christum baptizatum apparere voluerit. Dicitur enim (inquit) quod Spiritus sanctus in specie columbae apparuit, propter tria. Primum quidem propter dispositionem qua requiritur in baptizato, ut scilicet non sit incedat; quia sic dicitur Sapient. 1. Spiritus sanctus dispositionem effugit scilicet: columba autem est animal simplex, ablutia & dolo carent, unde dicitur Matth. 10. Estote simplices sicut columba. Secundo ad designandum septem dona Spiritus sancti, quae columba suis proprietatibus significat. Columba enim scilicet scientia, qua sancti sententias sanas, quibus pascuntur, eligunt. Item columba alienos pullos nutrit, quod pertinet ad donum consilii, quo sancti, eos homines qui fuerunt pulli (id est imitatores diaboli) deditura nutriant & exemplo. Item columba non lacerat rostro, id est, quod pertinet ad donum pietatis, per quam sancti ira irrationabili carerent. Item columba in cavernis petrae nidificat, quod pertinet ad donum fortitudinis, quo sancti in plagis mortis Christi, qui est petra firma, nidum parant, id est, suam refugium & spem. Item columba geminum pro cantu habet, quod pertinet ad donum timoris, quo Spiritus delectatur in genu pro peccatis. Tertio apparatus Spiritus sanctus in specie columbae, propter effectum proprium baptismi, qui est remissio peccatorum, & reconciliatio ad Deum: columba enim est animal mansuetum; & ideo sicut Chrylog. dicit Rom. 12. super Matth. in diluvio apparuit hoc animal, namque ferens olivam, & communem orbis terrarum tranquillitatem annuntians.

Querunt aliqui, an illa columba in qua Spiritus sanctus apparuit, fuerit verum animal? Respondet Sanctus Thomas ibidem art. 7. affirmative. Sicut enim, inquit, non decebat, ut Filius Dei, qui est veritas Patris, aliqua fictione uteretur, & ideo non phantasticum, sed verum corpus accepit: ita etiam conveniens non erat, quod Spiritus sanctus, qui Spiritus veritatis est, ut dicitur Joan. 16. figmentum aliquod adhiberet; & ideo etiam ipse veram columbam formavit in qua appareret, licet ipsam in unitatem personae non assumpsisset, sicut Christus humanam naturam.

§. II.

Cur aqua figuram Spiritus sanctus assumpsisset?

Columbae libenter resident juxta fluentia aquarum, ut dicitur Cantic. 5. Zephyri etiam super rivulorum & fontium aquas amenissime ludant. Quid mirum ergo, quod Spiritus sanctus, qui sub purissima columbae, & Zephyri jucundissimi specie in Scriptura exhibetur, aqua specieam assumere dignatus sit, & tam libenter in aquis quiescat, ut de ipso, quod Tertullianus de Christo scripsit, dici jure merito possit: Numquam sine aqua Spiritus sanctus? In ipsius enim mundi exordio, hoc purissimum elementum, tamquam propriam sedem ac vehiculum, assumere dignatus est. Unde idem Auctor libro de baptismo cap. 13. in primordio fecit Deus caelum & terram. Terra autem erat invisibilis & incomposita, & tenebrae erant super abyssum & Spiritus Dei super aquas ferebatur. Habet homo in primis aeternam venerari aquarum, quod antiqua substantia; debuit dignationem, quod Divini Spiritus sedes, gratior scilicet caeteris tunc elementis. Nam & tenebrae tota adhuc sine cultu siderum informes, & tristis abyssus, & terra imparata, & calum rude: solus liquor semper materia perfecta, lata, simplex, de suo pura, dignum vestaculum Dei subieciat. Item cum Christus ad ripam Jordanis baptizaretur, statim descendit Spiritus sanctus, & sub specie columbae super aquas volitavit, ut illa sanctificaret & fovecundaret, atque illis vim fideles per baptismum regenerandi tribueret. Tunc (addit Tertullianus cap. 8.) ille Sanctissimus Spiritus super eundem & benedictis corpora, libens a Patre descendit super baptismi aquas, tamquam pristinam sedem recognovissent commiserit, columbae figura delata. Denique adeo placuit illi sacrum hoc habitaculum, ut per aquam adventum suum & gratiam quam in cordibus nostris distillat, significari ac figurari voluerit. Nam Christus mulieri Samaritanae dicebat: Si sciveris donum Dei, & quis est qui dicit tibi, haec mihi bibere, tu potisses ab ipso, & desisses aquam vivam. Aqua haec (inquit Cyrillus in Joan.) vivificans gratia Spiritus sancti est. Quod ipsemet Evangelista aperte declaravit, dicens: Die magno festivitatis habebat Jesus, & clamabat dicens: Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Qui crediderit, flumina de ventre ejus fluent aqua viva. Et statim addit: Hoc autem dicit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.

Et certe non poterat sub aptiori simbolo Spiritus sancti gratia designari, quam sub aquae specie, five ejus origo, & inclinatio, five ejus proprietates, ut effectus considerentur. Cur sub ignis specie Spiritus sanctus apparere voluerit? Mirum est quod Spiritus sanctus, qui pacis & concordiae Spiritus est, contrarius tamen & inter fe pugnantissimas ignis assumeret voluerit, & sub specie aquae & ignis, qui sibi adversarius est, in mundo visibiliter apparere. Variis tamen & egregiis hujus rei hic suppetunt rationes. Prima est, ut divinitatis suae infinitam potentiam & majestatem innueret. Nam quo forma aliqua nobilior est & superior, eo periclitus & unitus interiora, licet diversa & contraria, in seipsa colligit & cohaeret, juxta illud commune Scholae estium: Quae dispersa sunt in inferioribus, unita sunt in superioribus. Secundo, per hoc significare voluit, ipsius speciale munus esse contraria unire, & pugnantia inter se conciliare. Tertio, conveniens erat, quod Spiritus sanctissimus in operibus ad extra, & totius fecunditatis auctor & parens (in utraque fide declaratum est) duo illa elementa allumeret, quae ad omnes generationes concurrunt, & quae sunt veluti duo prima totius fecunditatis creaturae principia: nam ex aqua & igne, five ex calore & humore omnia generantur, ut fufe demonstrant Cicero lib. 1. de Natura Deorum, & Lactantius lib. 2. inliuit

tur. Aqua enim in primis manet ex rubus, e quibus ut plurimum fontes saturiunt; ex locis excelis ad ima descendit, & e montibus proficit in convallas, juxta illud Prophetae Psalm. 103. Qui emittit fontes in convallibus, inter melius montium pervasunt aquae. Deinde aqua quatuor habet proprietates: seu effectus praecipuos: scilicet, lavare, refrigerare, rigare ac fovecundare terram, & fidem extinguere.

Similia reperuntur in Spiritus sancti gratia. In primis enim illa e petra manat & saturit, a Christo scilicet, qui teste Apolloto 1. ad Corinth. 10. mystica petra est, e qua omnes gratiarum rivuli & fontes proflunt. Unde Rupertus egregie observavit, quod petra illa deserti, quae Moysis virga bis percussa, aquas largissime profudit juxta illud Psalm. 77. Percussit petram, & fluxerunt aquae, & torrentes inundaverunt) egregia fidei Christi figura: Nam Christus (inquit) lapis est, qui percussus verbera crucis, effudit in nos Spiritum veritatis.

Insuper, sicut aqua ex montibus & locis excelis proficit in convallas, ita & gratia semper ad ima descendit, & a monte divinitatis proficit in convallibus hamilitatis. Unde praclare August. serm. 27. de verbis Domini: Confluit aqua ad humilitatem convallium, dantque de convallis collis. Et serm. 2. de verbis Apostoli: Cum timore & tremore, id est cum humilitate, vallem facite, in vobis suscipite: id est depreffa implentur, alia siccantur. Gratia pluvia est, quae ergo miraris, si Deus superbis resistit, humilibus autem dedit gratiam? ideo non aliam sapere sed eum: time ut implearis; non aliam sapere, nec fectis.

Præterea mystica illa Spiritus sancti aqua, animam lavat, & mundat a fordibus peccatorum, secundum illud Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundatam, & mundabitur ab omnibus iniquitatibus vestris. Occupantia flammam extinguit, vel temperat: unde Spiritus sanctus ab Ecclesia dulci refrigerium appellatur. Item desertum animae peccatis, sterile ac siccitate laborans, spirituales rigat & fecundat, illudque reddit virentem hortum & paradisi amoenissimum, omni decore ac venustate eximiam, omnium virtutum foribus conspicuum fructuum ubertate praclarum.

Demum divina hæc Spiritus sancti aqua, terrenorum & carnalium desideriorum sitim extinguit, juxta illud Christi ad Samaritanam: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum; qui autem bibierit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Et statim rationem assignans, subdit: Aqua quam ego dabo ei, hæc in eo font aqua salientis in vitam æternam. Cum enim gratia fit semen æternæ gloriæ, quæ est perfectissima omnium desideriorum quies ac satisfactio, proprius ejus effectus est, omnem famem & sitim extinguere: omniaque desideria summi ac infiniti boni possessione complere, juxta illud Propheta: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Hanc ergo aquam a Christo postulemus, & cum Samaritana ei dicamus: Domine, da mihi hanc aquam. Sed ut illam nobis donet, aliam a nobis expolit, aquam scilicet lacrymarum. Sic enim (inquit Chrylogus) lacrymas penitentium, Spiritus gemitus peccatorum. Has etiam caelestes aquas Spiritus sanctus multum diligit; nec minus in eis delectatur, quam in aquis Jordanis, quas contactu suo sanctificavit. Illis libenter incubat caelestis illa columba, quæ in ipso mundi exordio ferebatur super aquas. Super illas amenissime ludit, ac spirat divini zephyrus amoris, & ex illis ignem caelestem caritatis elicit: sicut olim tempore Nehemie, ex aqua in puteo inventa facer ignis exillit, ut sacra Machabæorum refert historia.

§. III.

Cur sub ignis specie Spiritus sanctus apparere voluerit?

Mirum est quod Spiritus sanctus, qui pacis & concordiae Spiritus est, contrarius tamen & inter fe pugnantissimas ignis assumeret voluerit, & sub specie aquae & ignis, qui sibi adversarius est, in mundo visibiliter apparere. Variis tamen & egregiis hujus rei hic suppetunt rationes. Prima est, ut divinitatis suae infinitam potentiam & majestatem innueret. Nam quo forma aliqua nobilior est & superior, eo periclitus & unitus interiora, licet diversa & contraria, in seipsa colligit & cohaeret, juxta illud commune Scholæ estium: Quae dispersa sunt in inferioribus, unita sunt in superioribus.

Secundo, per hoc significare voluit, ipsius speciale munus esse contraria unire, & pugnantia inter se conciliare. Tertio, conveniens erat, quod Spiritus sanctissimus in operibus ad extra, & totius fecunditatis auctor & parens (in utraque fide declaratum est) duo illa elementa allumeret, quae ad omnes generationes concurrunt, & quae sunt veluti duo prima totius fecunditatis creaturae principia: nam ex aqua & igne, five ex calore & humore omnia generantur, ut fufe demonstrant Cicero lib. 1. de Natura Deorum, & Lactantius lib. 2. inliuit

cap. 1. ac egregie declarat Ovidius 1. Metamorphos. his verbis:

Quippe ibi temperiem sumpsere lumineque calorque Concipiunt, & ab his oriuntur caelestia Ausonii. Cumque sit ignis aqua pugnax, vapor humidus omnes Res creat, & discors concordat, factibus apta est.

Denique Spiritus sanctus in mundo visibiliter apparuit, ut mundum a peccatis purgaret: unde conveniens erat, ut sub illorum elementorum species fe praberet visibilem, quibus mundus purgatus, aut purgandus est. Mundus autem aquis dilavii olim tempore Noe purgatus est, & post diem judicii igne-purificabitur: Ergo conveniens erat, ut Spiritus sanctus sub figura aquae & ignis in mundo visibiliter appareret.

Præter has rationes generales, non desunt aliae peculiæ, quibus ostendi potest fuisse conveniens, ut Spiritus sanctus specialiter sub ignis figura & specie fe praberet visibilem. Prima est, quia ignis Divinitatis symbolum est, juxta illud Deuter. 4. Deus noster ignis consumens est: Ergo ut Spiritus sanctus fe verum Deum, & Patri, Filioque consubstantialem ostenderet, oportebat ut sub ignis specie monstraretur. Ita praclare D. Gregorius homil. 36. in Evangel. ubi ait: Patri & Filio coæternus Spiritus in igne monstratur: quia incorporeus, ineffabilis aqua invisibilis ignis est Deus: atrescens Paulo, Deus noster ignis consumens est: Deus quippe ignis dicitur, quia per huic peccatorum rubigo consumitur.

Item Spiritus sanctus notionalis est amor Patris & Filii: amor autem ignis quidam est, & sub ignis specie effugi solet, ac semper a Poëtis inter flammam & ignes depingitur. Unde sicut Tertullianus, supra relatus, de Christo dicebat: Nunquam sine aqua Christus: ita & de Spiritu sancto dicere licet: Nunquam sine igne amor, nunquam sine flamma Spiritus sanctus.

Præterea, Sicut ignis in propria sphaera quiescit, & extra illam in continua est agitatione & motu: ita Spiritus sanctus intra Divinitatem non operatur notionaliter, nec ullam product perfonam divinam, sed est Patri & Filii suavitissima quies, ac veluti utriusque centrum, ut quidam dicit: ad extra vero continuo operatur, & est omnium externarum operationum principium, ut supra fufe ostensum est. Et ideo Genes. 1. dicitur: Spiritus Domini ferebatur super aquas. Ubi Chrylogus: Mihi videtur, inquit, hoc significare, quod affuerit efficax quidam & vitalis operatio aquis, & non fuerit simpliciter aqua flans & immobilis, sed mobilis, & visalem quamdam vim habens: nam quod immobile, omnino inutile est; quod vero movetur, ad multa conducit.

Adde quod, ignis septem habet proprietates seu effectus praecipuos, similes his quos Spiritus sanctus operatur in nobis. Ignis enim urit, purgat, illuminat, homogenea congregat, dillegat heterogenea, liquefacit, & in cinerem redigit. Similia Spiritus sanctus operatur in nobis. Nam sui amoris igne corda exurit, juxta illud Augustini in Soliloq. O ignis sanctus, quam dulciter ardet, quam desideranter aduris! exurit, inquam, non ut consumat ac destruat, sicut ignis corporeus, sed potius ut augeat, purget, ac perficiat, non fucus ac ignis qui Moysi in rubo apparuit, quo rubus ardebat, & non consumebatur. Unde praclare Ambrosius Octonario 18. in Psalm. 118. Ignem Dominus misit in terram, non ut eam demitans rursus, sicut scriptum est, ardeat incendio; nonne eam donata munere fecunditatis, aut usque val flore viriditatis exuret; quæ enim suam Dominus probare magis, atque augete quam minuire aut damnare consuevit. Quem ergo Dominus ignem in novo speris testamento, qui secretis mentium, divina ardore cognitis, inflammare affectus, qui vaporem fidei & devotionis adoret, qui cupiditatem virtutis accenderit. Et Bernardus serm. 57. in Cantica: Ignis qui Deus est, consumit quidem, sed non effugit; desolat scilicet, effigit enim vere verbo desolatorius, sed qui sit in virtutis exercetis vim ignis, ut in anima vicem exhibeat unitatis.

Secundus hujus divini ignis effectus est purgare corda, & illa a terrenis separare affectibus: cum enim Spiritus sanctus purissimus sit, & nedum sanctus, sed ipsa sanctitas, totiusque origo puritatis & sanctitatis, ut fufe antea declaratum est, non nisi in purgatis ab omni peccatorum labe cordibus requiescit. Unde merito aditionis Spiritus appellatur, quia sui amoris igne spinas & vepres peccatorum adurit. Unde Chrylogus: Ager quiescens, incuria sylvificit, & toto luxuria agrestis seraficis horrore, perississimi cultoris virique semper aperitur & purgatur incendio; ac studio benigno cultor ignis apponitur, ut excitis sentibus reveletur prima facies campi, praestetur agricola libetatis, fiat facilis via venienti, sic germen ferax sterilis alta terra, & longa ac massa vitæ lato lassissima jam repenset in fructu.

Ex purgatione sequitur illuminatio, quæ tertius Spiritus sancti effectus est. Sicut enim in rebus corporeis diaphaneitas est proxima dispositio ad recipiendum lucem (quæ idcirco ætius diaphani dicitur a Philosophis) ita in spiri-

qualibus puritas mentis est ultima dispositio ad sapientiam, quam dicitur D. Augustinus, purificata mentis intelligentiam, appellat. Unde postquam Spiritum sanctum humana corda sui amoris igne purgavit, consensum mentes eorum illuminavit, & sua infinita sapientie luce persudit, juxta illud Threu. 1. De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudit me.

143 Quatuor ejus effectus est congregare homogenea, ombeque fideles in unitatem fidei & caritatis colligere. Nam sicut in malo panice (ait Gregorius Pastor. cura par. 2. c. 4.) uno exterius cortice, interius grana minuantur; sic innumeros sanctae Ecclesiae populus unitus fidei contigit, quo inuis diversitas meritorum tenet.

144 Denique idem amoris Spiritus, calore fidei & devotionis ardore, Sanctorum corda liquefacit, & eaque per domum timoris, & virtutum humilitatis, velut in cinerem redigit. Unde Sponsa dicitur in Canticis: Anima liquefacta est, ubi sponsus loquens est. Et Abraham Deum alloquutus, exclamabat: Loquar ad Dominum, & cum sim pulvis & cinis.

145 Non est pretermittenda alia egregia interignem & Spiritum sanctum similitudo & analogia. Ignis enim natura quidem beneficus, per accidens tamen nocet; igne eversa est Sodoma; igne conflagrabit universus orbis; igne torquentur demones; ignis denique, divinis vindicta insaurus & instrumentum est, ut ait Tertullianus. Ita pariter Spiritus sanctus natura sua benignissimus ac suavissimus est, amor est, caritas est, bonitas est, ipsaque Patris, Filiique suavitatis. Ille tamen sevit in impios & obduratos, & severissimam de illis vindictam sumit, amor quippe laesus fit furor, ut quidam ait; & caritas, ut inquit Bernardus, pie misit furor, & patienter novit irasci. Columba ipsa, licet mitissima, aliquando irascitur, ejusque ira adeo timenda est, ut exclamet Propheta: A facie gladii columbae singulari ad terram suam fugiunt. Hic advocatus, qui nunc Patrem pro nobis interpellat gemitibus inenarrabilibus, in die judicii arguet mundum de peccato, de justitia, & de judicio, ut dicebat Christus Joann. 16. Ille qui nunc hominum consolator est ac defensor, tunc erit impiorum accusator, judex, ac tortor. Unde miser ille epulo, qui cruciabatur in flammis, nesciebat quid diceret, dum Abraham rogabat ut mitteret Lazarum, qui intingeret digitum suum in aquam, & refrigeraret linguam ejus. Nam per digitum designatur Spiritus sanctus, qui, dextera Dei dignatus, ab Ecclesia appellatur. Ille autem damnatos non refrigerat, sed cruciat; non solatur, sed torquet. Hec Dei unctio divinae justitiae non herbetat, sed acuit & limat, ut hoc lenimine fiat acutior. Hic facit divini oris status, non extinguit, sed accendit inferni incendia, & primas ejus magis ardere facit, ut dicitur Job 41. Denique ignis iste (inquit Hieronymus) qui descendit super Apostolos, duplatus est naturae, lumen habet credentibus, tenebras, suppliciaque incredulis.

S. IV.

Cur Spiritus sanctus in forma venti seu Spiritus vehementis advenit?

146 Quarta Spiritus sancti apparitio fuit sub forma venti & spiritus vehementis, ut dicitur Act. 2. cujus figura & apparitionis plures etiam suppetunt rationes egregia.

In primis Spiritus sanctus sub forma venti apparere voluit, ut personalis ejus proprietates monstraretur: procedit enim per viam amoris, & tanquam notionalis amor Patris & Filii; amor autem, cum sit veluti quidam impulsus, quo voluntas amantis impellitur in amatum, recte per ventum seu spiritum vehementem designatur. Et certe si ventus, ex Aristotele, exhalatio quadam sit; quid aptius, quaso, ad designandam processionem Spiritus sancti? Cum enim procedat via amoris, recte exhalatio divina dici potest; amare namque est animam exhalare: unde & anima plus ubi amat, quam ubi amatur, esse perhibetur.

147 Deinde, sicut ventorum origo abstrusa est, illique soli cognita, qui educit eos de thesauris suis: ita & Spiritus sancti processio, ejusque in hominum mentes illapsus, se-

cretissima & obscurissima sunt. Unde Christus dicebat, Joann. 3. Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis, & nescis unde veniat, aut quo vadit. Et Abacus 3. Deus ab Austro venit, & sanctus de monte Pharon. Ab Austro, quae regio calidissima est, venit dicitur Spiritus sanctus, quia ex amore procedit, & ex solo bonitatis & caritatis impulsu in animas sanctas illabitur. De monte vero Pharon (seu, quod idem est, de monte obscuro & umbroso) proficisci dicitur: quia processio ejus obscurissima est, & posuit tenebras latibulum suum, ut ait Bernardus serm. 1. Pentecosten, ejusque in animam justis adventus, seu illapsus, secretissimus, & ab humanis sensibus remotissimus, juxta illud Job cap. 9. Si venerit ad me, non videbo eum, si abierit, non intelligam. Alludit ad hoc nesciens antiquitas: Sicyonii enim, teste Pausania, noctu sacrificabant ventis, subobscuram effluentes eorum naturam; & Aristoteles sagittat omnes retro Philosophos, ut inscius natura venti. Sane si ea caecitatis homo ignorantis, ut naturam venti adhuc ignoret, potiori ratione mens ejus caligat in indagare Spiritus sancti, qui proinde jure merito ventus esse dicitur.

Præterea inter effectus venti & Spiritus sancti, plures & eximie reperitur similitudines & analogie. Venti enim purgant aerem, colligunt nubes, casque in pluviam resolvunt, glaciem liquefaciunt, & hortos persant, ac suavitissimos ex illis faciunt exhalare odores. Non dissimilis certe Spiritus sancti operatio: purgat enim superbia, & noxia verbaque repellit, ut lepide declarat Cyprianus his verbis: Flatus ille a carnali palato corda purgat. Ignis iste sanam concupiscentiam consumit. Deinde facit hic ventus nubes colligit peccatorum in cordibus penitentium, quae caritatis igne liquefacta, in suavissimum lacrymarum imbrem solvantur, juxta illud Psalmista: Flabit Spiritus ejus, & fluens aqua. Unde idem Cyprianus: Quasi te video suspirantem, non habito Spiritum sanctum inspirantem: quod si durescere mentem, sensu Spiritum sanctum ignem sentiam. Item calidissimus ille divini amoris flatus, corda peccatorum obdurate liquefacit, & in aquam lacrymarum resolvit, ut Augustinus egregie declarat in hac Psalmista verba: Convertere Domine captivitatem nostram, sicut torrens in Austro, ubi sic fatur: Quomodo frigus ligat aquam ne currat, ita & nos illigat frigore peccatorum gelavimus. Austro autem calidus ventus est: quando fiat Austro, liquefit glacies, & implentur torrentes... Gelaveramus ergo in concupiscentiis, constringebatur nos peccata nostra: flavit Austro Spiritus sanctus, dimissa sunt nobis peccata, soluti sumus a frigore iniquitatis; emanant glacies in sereno, sic solvantur peccata nostra. Denique divinus ille amoris Austro, animam sanctam, quae amantissimum caelestis Sponsi hortus est, suis inspirationibus persat, & ex illa suavissimos omnium virtutum facit exhalare odores, ac stillare aromatum charissimata. Hoc apprime noverat Sponsa in Canticis, dum caelestem Sponsum, seu Spiritum sanctum alloquens, dicebat: Veni Austro, perfla hortum meum, & fluens aromata illius.

Ultima ratio, cur Spiritus sanctus sub specie venti, & Spiritus vehementissimi, Apollinis in cenaculo congregata apparere voluerit, fuit ut castum & sanctum timorem illis incuteret, quo se ad ejus gratiam recipiendam diligentissime prepararent. Nam timor (ait Zeno Veronenis) Spiritus sancti conceptaculum est, juxta illud Propheta: A timore tuo concepimus & parvissimi gradum. Timor fidus est divinitus gratiae & cultus: Timor (inquit Tertullianus) munditatis animi, pietatis motor, instrumentum penitentiae, fundamentum salutis. Timor denique quasi quidam custos super innumeras illic caecae, in ultimo charissimum tenentur, ad confersundas incomparabiles gratias, ut belle ait Petrus Cellensis lib. de panibus cap. 14. Unde sicut Spiritus sanctus nunquam est in anima justis sine amore, ita nec sine timore: nam ver saluti plena timoris amor. Super quem (inquit divina Sapientia) requiescet Spiritus meus, nisi super humilem, & tremement sermones meos? Quid Maria Virgine timidus, quae ad Angeli conspectum & vocem pra timore turbata est: Virginum enim (inquit Ambrosius) est trepidare, & ad omnes viros affectus vereri. Et ecce Spiritus sanctus supervenit in illam. Quid timidus Apollolis, cum Spiritum sanctum receperunt? incluserant omnes in cenaculo pra timore Judaeorum, ut ait sacer textus: at inter sacros timores Spiritu sancto repleti sunt. Denique Seraphici illi Spiritus, qui incendium interpretantur, & qui divini amoris igne repleti sunt, sic ante thronum Dei volitant, ut alarum tremulo videantur suspendi volati, nec tam volare quam trepidare; eo timidiores, quo sanctiores, & in caritate ferventiores.

Notat Athologi, quod stella quae altius a terra assurgunt, & sublimior in calo locum sortite sunt, scintillantes; & quasi trepidantes apparent. Unde communit illud prolequium: stella quae sunt prope non scintillant, trepidant vero quae ab oculis nostris longissime recedant. Idem observa inter Sanctos & reprobos discrimen. Reprobi qui terrenis adherent, nec Deum timeant, nec homines reverentur: Sancti quorum conversatio in caelis est, in timore

BIBLIOTECA UNIVERSITATIS TORONTO

timore & trenore propriam operantur salatem, eo timidiores quo sanctiores. Time ergo (inquit Bernardus serm. 54 in Cantica) cum arripserit gratia, time, cum abierit, time, cum denuo revertatur, & hoc est semper pavendum esse. Succedant vicissim sibi animo creasti timores, secundum quod gratia vel adesse dignatur, vel offensa recedat, seu iterum placata redire solentur.

S. V.

Cur Spiritus sanctus, sub figura linguae ignis, super Apostolorum capita descendit?

150 Plures hujus apparitionis, seu figurae, Sancti Patres adducunt rationes.

Prima & praecipua est: Quia Spiritus sanctus venit, ut Christum clarificaret, & manifestaret hominibus, juxta illud Joann. 16. Ille me clarificabit, quia de me accipiet: interpres autem verbi in mente latentis, est lingua, quae per sermonem ac loquelam illud exterius prodit & manifestat: Ergo conveniens erat, ut Spiritu sancto sub specie lingua Apollolis appareret. Haec rationem insinuat D. Antonius de Padua serm. 1. de Spiritu sancto: Linguas, inquit, attulit, qui pro verbo venit: cogitationem enim habet loquuntur cum verbo, ut ab invicem nequeant separari.

151 Secunda ratio est Augustini serm. 187. de tempore, ubi docet, quod quia per consensionem linguarum, quae conigit in adificatione turris Babel, dispersa erat mundus, congruum erat illum in unitatem fidei & caritatis per Spiritum sanctum, sub forma linguae ignis apparentem, reduci. Eorum (inquit) linguarum diversitate Ecclesia constituta unitatem; ut quod discordia dissepavit, colligeret caritas, & humani generis, tanquam unius corporis membra dispersa, ad unum caput Christum componantur, redigeret, & in sancti corporis unitatem dilectionis igne conflaret. Unde Spiritus sanctus scientiam vocis habere dicitur, juxta illud Psalmista: Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Scientia vocis est musica, quae diversitatem vocum & tonorum suavi concordia temperat. Scientiam illam Spiritus sanctus habere dicitur, quia diversas gentes & populos, unius Evangelicae veritatis concentu & concordia mitigat, ac in unitatem fidei congregat. Venit ergo Spiritus sanctus tanquam doctissimus veritatis praecursor. Nam sicut in musica, & harmonico choro, in quo varie resonant voces, & ad melodiam concinunt, quaedam alte modulatae sublimius personant; aliaque profundum musices gradum infimius tenent; alia mediarum servant tonorem; nec vocum diversitas harmoniam confundit, sed mire servat, & elegantem concinat; immo ex vocum varietate concors discordia modulate conflatur: (sic in Evangelica veritatis & doctrina concentu, inquit Rupertus) licet varie sint Doctorum & Praedicatorum linguae, unius tamen debet esse sententiae consensus: ideo licet sub variis & dispersis linguis Spiritus sanctus apparuerit, unicus tamen ignis supra singulos sedet.

152 Tertia ratio insinuat a D. Gregorio homil. 30. in Evangelico dicente: in lingua ignis apparuit Spiritus, quia comes quos repleverit, ardentes pariter & loquentes facit. Concinatoris enim, & viri Apollolis lingua ignea esse debet, ut divini amoris flammam in cordibus hominum accendat. Unde ibidem addit Gregorius: Linguas igneus Dolores habet, quia dum Deum amandum praedicat, corda audientium inflamment. Nam utique est sermo Doctoris, si praere non valet incendiam amorem. Et Doctor Mellissianus serm. 2. de S. Andrea loquens, sic ait: Est abundantia cordis et loquuntur est, & caritas quae fervet in corde, quasi scintilla quae adhaerens ardentissimas emittit in voce.

Nec mirum quod viri Apollolis ignitum debeant habere eloquium, & linguam divini amoris igne flagrantem: sunt enim divini verbi dispensatores ac ministri, Dei autem Verbum, medium lucidum est, ac splendendum, sed ignitum & ardens, & divinum Spiritus ac inspirans ardorem: etenim Pater aeternus Verbum producit, non qualemque, sed Verbum Spiritus amorem, ut supra ex D. Thoma vidimus.

153 Denique Spiritus sanctus venit ut hominem interius reformaret: & ideo ab Augustino, Vicarius Redemptoris, appellatur: hominis autem reformatio debet a lingua incipere, quae (teste D. Jacobo) est universus iniquitatis. Omnia corporis nostri membra serviant iniquitati, ut testatur Apollolis ad Rom. 7. at tamen hoc membrum illi, alterum hinc; at lingua omnibus. Est quippe armamentarium omnis generis ferulibus; impudicitia, quia ipsa est quae loquitur, prodeque amorem; furto, quia pauperem circumvenit, liquidus suis verbis adulatoris palliando usus; vindicta; furori, superbia; &c. Hinc belle Chrysologus serm. 66. de lingua divitis Epulonis, sic ait: Lingua plus ardet, quae misericordia ut fuerit jubere negligit; in lingua magis sentit incendiam, quae malidit pauperi, misericordiam contradidit. Lingua in tormentis prima est, quae de regenda pauperi, pauperie blasphemavit Austrorem.

Totus mundus postus est in maligno, five (ut interpretatur Angelicus Doctor) in malo signo: sed praeter ceteris corporis humani membris, lingua malo igne inflammatur. Unde D. Jacobo rursus ignis & inflammatus appellatur. Ut ergo praecipuum hoc corporis membrum & organum expleatur, oportebat illud sacro Spiritus sancti igne purificari: & ideo convenientissime in figura linguae ignis Spiritus sanctus apparuit.

DISPUTATIO XL.

De Constitutio divinarum Personarum.

Ad quaestionem 40. D. Thome.

Postquam D. Thomas personas divinas, tam in communi quam in particulari, absolute consideravit, illas denique comparat ad alia quae connotant. Et primo ad essentiam quam includunt, quaest. 39. secundo ad relationes quibus constituuntur, quaest. 40. tertio ad actus notionales quos eliciunt, vel terminant, quaest. 41. quarto ad invicem illas confer, quaest. 42. & tandem comparat illas ad creaturas ad quas mittuntur, quaest. 43.

De his omnibus divinarum personarum comparationibus non agemus in praesenti: quia quae concernunt comparationem ipsarum ad essentiam, & ad actus notionales, in secunda & tertia disputatione sufficienter explicata sunt. Unde solum nobis restat hic differendum de aliis tribus comparationibus, circa quas occurrunt tres celebres quaestiones. Prima est de constituto divinarum personarum; Secunda de illarum aequalitate & similitudine; Tertia de illarum missione, & in anima justae habitatione. De prima in hac disputatione dicemus; de aliis in sequentibus: & sic totum Tractatum de Trinitate absolvemus.

ARTICULUS I.

An in personis divinis admittenda sint proprietates, quibus constituuntur & distinguuntur?

Partem negativam tenuit olim Praepositivus, relatus a D. Thoma hic art. 1. & supra q. 32. art. 2. quem secutus est Gregorius de Arimino in 1. dist. 26. & 27. quaest. 1. art. 2. ubi docet personas divinas constitui & distingui seipis, non vero per aliquas proprietates. Ceteri tamen Theologi hanc sententiam rejiciunt, & variis notant censuris: quidam haereticam, alii erroneam, alii errori proximam, alii temerariam appellant. A quibus censuris abstinendo, & S. Doctoris modestiam imitando, sit

S. I.

Conclusio affirmativa statuitur.

Ideo igitur: Dari in personis divinis proprietates aliquas reales, quibus constituuntur, & inter se distinguuntur. Ita colligitur ex variis Conciliis, praesertim ex Lateranensi cap. firmiter, ubi dicitur: Sanctissima Trinitas secundum comminens essentiam est indivisa, secundum vero personales proprietates discreta. Item in Concilio Florentino sess. 1. asseritur personas divinas per suas proprietates distingere. Et sess. 18. Joannes Theologus Latinus sic ait: Persona ex substantia proprietateque subsistit. Idem habetur in Epistola Sophronii, a sexta Synodo generali approbata. Denique Ecclesia in praetione Missae Felii SS. Trinitatis cantat: Ut in personis proprietates, in essentia unitas, & in maiestate adoretur aequalitas.

Nec valet si dicas cum Praepositivo: abstractum in his locis accipi pro concreto, id est, proprietatem pro persona, sicut cum dicitur: Rogo maiestatem vestram: aut cum Gregorio, locutiones Conciliorum esse intransitivam, atque adeo non esse sensum, quod persona constituatur proprietatibus tanquam formis, sed quod constituatur seipis, utpote quae sunt ipsae proprietates. Non valet, inquam, haec responsio: ex illa enim sequitur, modum loquendi Ecclesiae & Conciliorum esse proflus ineptum ac nugatorium. Nam quando proprietates dicuntur esse in personis, adorari in personis, & distinguere personam, idem est ac si diceretur, quod persona sunt in personis, & adorantur in personis, & distinguuntur personis: quod est nugatoria repetitio, & batologia intolerabilis. Probatur insuper conclusio ratione fundamentali. Quae non differunt fetotis, sed aliquo sui, habent aliquid sibi proprium & peculiare, quo constituuntur & distinguuntur. Sed personae divinae non differunt fetotis, sed aliquo sui: Ergo in illis dantur proprietates quibus constituuntur ac distinguuntur. Major patet, Minor probatur primo. Si persona divina fe totis differant, distinguerentur per essentiam, & consequenter in essentia: Sed hoc non potest dici.